

<sup>1157</sup> Eodem anno dominus Johannes, VIII Olomucensis ecclesiae episcopus, feliciter obiit<sup>1)</sup>, pro quo Dragon, ducis Wlad[izlai] capellanus, electus fuit, sed supra se hoc onus esse considerans in breui per omnia publice recusauit. Ottone autem, duce Moravie, ex parte totius Olomucensis ecclesiae domum Johannem, de Lvtomisl abbatem, uirum optimum et conuerstationis bone, modestum, nominatim poscente secundum uoluntatem eorum in festo sancti Michaelis<sup>2)</sup> in choro Pragensi in episcopum eligunt. Dominus autem Daniel, Pragensis episcopus, qui ad curiam domni imperatoris ad respondendam legationem Vngaricam Wirzburk ire debebat, religiosorum uirorum in hoc desiderium considerans, hanc electionem adiutorio dei ad effectum perducere desiderans, predictum electum ab imperatore more solito inuestiendum ad imperatorem secum honorifice adducere non distulit. Obsides quoque Polonorum, quos pro bono pacis domno imperatori per ducem Boemie Wlad[izlaum] se daturum promiserant, ex mandato predicti ducis ad curiam domni imperatoris Wirzburk adducit, ex quibus bone indolis puerulus, filius unicus principis Lakse<sup>3)</sup>, Prage obiit. Quid igitur? dominus Pragensis episcopus cum domino Moraviae electo ad curiam condictam peruenit, vbi quod uolebat, cito secundum uoluntatem eis occurrit. Nam dominus imperator secundum petitionem ducis Boemie et domni episcopi et aliorum domum Johannem electum regalibus inuestit et inuestitum ad domnum Arnoldum, Maguntie sedis<sup>4)</sup> archiepiscopum, cum litteris suis et legato suo Alberto marchione ad consecrandum in episcopum dirigit. Archiepiscopus autem tam honeste petitioni annuens, eum Ebrffordie consecrat et consecratum una cum domno Pragensi episcopo gregi suo remittit. Qui a canonicis Olomvcensis ecclesiae et omni clero et populo honorifice susceptus et in cathedra sua locatus, supercilia Phariseorum contempnens, episcopatus sui gubernacula feliciter regere cepit.

<sup>1158</sup> Eodem anno Wlad[izlaus], dux Boemie, Radisponam ad curiam imperatoris marchioni-

Téhož roku zemřel šfastně pan Jan, osmý biskup kostela Olomückého, na místo jehož Drahoň, kaplan knížete Vladislava, zvolen byl, ale poněvadž citil, že to břímě jest nad jeho sily, brzy potom docela veřejně je odmítl. A poněvadž Ota, kníže moravský, jmenem celé cirkve olomücké zvláště si přál pana Jana, opata z Litomyšle, muže předobrého, zcela zachovalého, mírného, byl dle přání jejich o svátku sv. Michala v kúru pražském za biskupa zvolen. A pan Daniel, biskup pražský, který měl do Wirepurku jít k dvoru cisaře pána z přičiny podání zprávy o vyslání svém do Uher, znaje v tom přání mužů zbožných, aby volba tato pomocí boží přivedena byla k platnosti a jmenovaný zvolenec dosáhl spůsobem obyčejným investitura od cisaře, neváhal přivésti jej s sebou počestně k cisaři. Také rukojmě Polanů, které byli skrze Vladislava, knížete českého, pro dobro miru cisaři pánu dátí slíbili, dovedl z rozkazu knížete již řečeného do Wirepurku ke dvoru cisaře pána, z nichž chlapeček, jediný to syn knížete Leška, v Praze umřel. Co tedy? Pražský pan biskup přišel s panem zvoleným moravským ke dvoru, kde se jim rychle po vúli stalo, jak žádal. Nebo cisař pán podle žádosti knížete českého a pana biskupa a jiných udělil panu Janovi zvolenému královskou investituru a stvrzeného takto poslal s listy svými a s poslem svým, Albertem markrabím, k panu Arnoldovi, arcibiskupu mohučskému, aby jej posvětil na biskupa; a arcibiskup žádosti tak slušné přisvědčiv, posvětil jej v Ebrfordě a posvěceného zároveň s panem biskupem pražským poslal k stádu jeho. A on byv počestně přijat od kanovníků kostela Olomückého a ode všeho kněžstva a lidu a na stolec dosazen, opovrhuje pýchou Farisejských, jal se řídit šfastně otěže biskupství svého.

Téhož roku Vladislav, kníže český přišel s velmoži svými do Řezna k sněmu cisařskému,

<sup>1)</sup> Biskup Jan zemřel dne 19 měs. Ún. r. 1157. — <sup>2)</sup> 29 Září 1158. — <sup>3)</sup> Tak po straně, ale v textu Lasle. Mladík ten byl syn Leška, syna Boleslava IV Kadeřavého. — <sup>4)</sup> nadepsáno v 1.